



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 43. Auriæ Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

**Sæcul. XVI.** nibus hic usus retinendus sit, donec Ec-  
**A. C. 1558.** clesia aliter decreverit.

## §. XLIII.

*Auriæ Cardinalis extrema.*

**Ciac. p. 501.** Tertio loco recensetur Hieronymus de  
**Aubery l. c.** Auria Genuensis Augustini Auriæ  
**Laur. Capel.** Filius. Hic adhuc juvenis in Uxorem  
**in vit. Andr.** duxit Aloysiam Spinulam filiam, & hæ-  
**Aur. Inst. in annal. Ge-** redem Baptistæ Spinulæ Reipublicæ Ge-  
**nuenſ.** nuensis Ducis, atque ab initio Hiero-  
nymus Cremolini Comes nuncupari  
voluit, hocque sub nomine notus præ-  
clara admodum obsequia patriæ suæ  
præstítit. Defuncta Conjuge sua, reli-  
ctisque ex ea quinque prolibus uno ni-  
mirum Filio, & quatuor Filiabus ali-  
quamdiu operam suam in Reipublicæ  
obsequium impendebat, præcipue cum  
Oratoris munere pro eadem ad Julianum  
II. Pontificem fungeretur: Anno quo-  
que millesimo quingentesimo duodeci-  
mo gravissimis negotiis præfectus ex  
duodecim illis, qui Genuense regimen  
ad pristinam normam reducerent, unus  
feligebatur: denique cuncta hæc satis  
molesta munia pertæsus sacræ militiæ  
nomen dabat, atque ad preces Andreæ  
Auriæ, qui Genuensi classi præerat, a  
Clemente VII. die tertia Octobris Anno  
Salvatoris nostri millesimo quingentesi-  
mo vigesimo nono ad amplissimam Cardi-  
nalatus

nalatus dignitatem evehebatur, nec mi- **Sæcul. XVI.**  
nus variis temporibus plures Episcopa- **A.C. 1558.**  
tus Nebiensem in Corsica, Naulensem  
in Liguria, Jacensem, Oscensem, & Tar-  
raffonensem, seu ut alii legunt, Tarra-  
conensem in Hispania gubernavit. Ce-  
terum Hieronymus singularis sui erga  
Papam studii saepius luculenta edebat  
specimina, præcipue autem Anno a Na-  
tivitate Dominica millesimo quingen-  
tesimo quadragesimo septimo id egit in  
Fliscorum conjuratione, ubi hic Cardi-  
nalis pro Cognati sui defensione ma-  
nifesto periculo vitam suam exposuerat:  
porro cum ad grave fenium dies suos  
perduceret, pluribus interfuit comitiis,  
in quibus Paulus III. Julius III. Mar-  
cellus II. & Paulus IV. fuere electi:  
tandem vero Hieronymus die vigesima  
quinta Martii circa annum Domini mil-  
lesimum quingentesimum quinquagesi-  
mum octavum mortuus, & sepultus est  
in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Cella,  
cui Fratres Eremitæ D. Augustini præ-  
funt, illisque multa legasse dicitur. Scri-  
ptorum nonnulli ejus obitum ad Men-  
sem Majum rejiciunt.

### §. XLIV.

#### *Cardinalis Peyti fatum.*

Inter Cardinales hoc anno mortuos *Ciac. p. 865.*  
quartus numeratur Guilielmus, seu *Goduin. de*  
*Eptfc. Angl.*  
Petrus